



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XCVII. Die Herzogin Agnes, Herrin der Altmark, belehnt Bürger zu Salzwedel mit einer Hufe Landes in Putlenz, am 2. April 1329.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

fratres, Johannes de Ampleve, milites, Bodo et Siffridus de Walfstove, famuli, et alii quam plures nostri fideles fide digni. Datum Anno Domini MCCCXXIX, in purificatione sancte Marie.

Nach Lenz Br. Urk. S. 949.

XCVI. Herzog Otto von Braunschweig und die Herzogin Agnes unterordnen die Besitzungen des Johann Wolf und der Gebrüder Heinrich und Jordan von Walfstowe dem Salzwedelschen Stadtrechte, am 25. März 1329.

Dei gratia nos Otto, Dux in Brunswich, antique Marchie Dominus, ac Agnes, eadem gratia Ducissa ibidem, tenore presentium recognoscimus et fatemur, Quod curiam zitenis ac omnia bona cum omnibus suis iuribus, que Johanni dicto Wulf, Hinrico et Jordano fratribus dictis de Walfstoue pertinebant, ad ius civitatis Soltwedel locauimus et locamus per presentes, ita quod mansi de dictis bonis, qui cum aratro coluntur, tot fertones nobis et nostris successoribus singulis annis ad festum beati Martini dabunt, sicut et dantur de mansis dicte civitatis. Testes huius sunt Guntzelinus et Borchardus de Bertensleue, Bartoldus de Veltem et Johannes de Ampleue, milites nostri. In huius euidenciam presentem literam dedimus nostris sigillis firmiter communitam. Datum anno domini M^o. CCC^o. XXIX., in die annunciationis beate marie virginis.

Nach dem Original im Salzw. Archiv VII, 23.

XCVII. Die Herzogin Agnes, Herrin der Altmark, belehnt Bürger zu Salzwedel mit einer Hufe Landes in Putlenz, am 2. April 1329.

Ne ea que sunt in tempore simul labantur cum tempore, literis autenticis solent firmiter roborari. Hinc est quod nos Agnes, dei gratia in Brunswich Ducissa, antique Marchie domina, matura deliberatione prehabita, civibus nostris nove civitatis Soltwedel, Johanni de Veleuiz et sue uxori domine dicte Wmpe, ac Johanni dicto de Geggeleue et domine Yde, sue materere, ac suis veris heredibus contulimus et in hiis scriptis conferimus unum mansum situm in loco, qui dicitur Putlandes, cum omnibus iuribus, videlicet campis, viis, inviis, pratis, pascuis libere possidendum. Huius rei testes sunt Bartoldus de Velty, miles, dominus Conradus, plebanus in Gardelege, dominus Henricus dictus Man, nostri capellani, Halt de Bafdown, noster marscalcus, et Johannes de fonte, noster civis antique civitatis Soltwedel, et alii quam plures fide digni. In huius testimonium presens scriptum dedimus nostro sigillo communitum. Datum Soltwedel, Anno domini M^o. CCC^o. XXIX^o. dominico die, quo cantatur letare Jerusalem.

Nach dem Orig. im Salzw. Archiv XVI, 4.